



Sb

3703

F. 224.



T H E S E S

PRIVATIS DISSERENDI EXERCITAMENTIS

QUARTO ANNI 1767 TRIMESTRI

M O D E R A T O R E

IOANNE DANIELE TITIO

PHYS. P. O.

IN VNIVERSITATE LITERARVM WITTEBERGENSI

D E S T I N A T A E.

I.

Livius XXXVI. 34 — Et tum quidem, quanquam moueretur his vocibus, manu tamen abnuuit, quidnam opis in se esset? — Kolkauii Codex habet *annuit*; ipse autem Kolkaius retinere vult abnuuit, et pro sequenti vocabulo *quidnam* ponit *quidquam*, sublata interrogatione; et pro *esset* scribit *esse*. Ingeniose, vt arbitror, omnia! Idem XXXIX. 16 — Nunc illi vos singuli vniuersos concionantes timent — *Concionantes* est in concionem venientes. Sic nundinari est frequenter conuenire, tanquam in nundinis. *Cic. de diuin. II. 31.*

II. Solem ex igne constare, vetus est, et sine vilo idoneo argumento assumta opinio.

III. Veneratio erga superiorem est naturae, non autem iuris naturalis. *Diff. Boehmer Iur. P. Vn. p. 240.*

IV. Falluntur principes, qui a pecunia ditibus sibi periculum, ab exhaustis et excarnificatis securitatem promittunt. *Forstn. ad Tac. I. p. 397.*

V. Electricitatis phaenomena a peculiari materia electrica deriuatae idem est, ac calorem materiae tribuere calorificae.

VI. Caritatis rerum necessariorum, exacto nuper bello, potior causa opificum partim defectus, partim collusio est.

VII. Maximam sibi famam et gloriam comparant Agricola imitantes: qui ipsa dissimulatione famae, famam auxit. *Tac. in Agr. 19. conf. Senec. ep. 79. et de benef. V. 1. et Liu. II. 47.*

VIII.

VIII. Corporum electricitas et magnetismus, et calor, et lux, et cohaesio eiusdem causae, videlicet aetheris, effectus sunt et actiones diuersae.

IX. Ciuitatis maxima et certissima labes est seditio; alias imperia aeterna forent, *Liu. II. 44. III. 67. Bodin. de rep. V. 5.*

X. A priori aliquid cognoscere et demonstrare anceps apud Philosophos est locutio. Latius a priori dicitur aliquid demonstrari, ratio- cinando ex aliis vndecunque cognitis (§. 663. *Log. Wolff.*). Strictius, si principia demonstrandi a priori ex essentia rei petuntur, quae per se distincte patent, non autem per solam experientiam (§. 64. et 180. *Ontol. §. 168. 144. 154.*) Hinc, quid existentiam Dei a priori demon- strare sit, colligitur.

XI. Maximum, quocum omnes fere Europae regiones consuetan- tur, malum hominum penuria est.

XII. Tributum aliquod, et longa consuetudine solui solitum, fe- liciori tempore in vniuersum abolere minime consultum est. Non enim tum tolli, sed differri eius exactio debet. *Henel. de aerario p. 124.* Tollere enim tributum et exactioem eius in longum tempus differre, etiamsi in se vnum sunt et idem, vtriusque tamen effectus in Rep. di- uersissimus est.

XIII. Subiectio ex iure vniuersali non auferit ciuibus emigrandi libertatem, quatenus ciuitati nullum inde damnum contrahitur; sed iure gentium priuato et imperantium hodierno libertas haec, propter territoria clausa, omnino, vti nam absque tyrannide! restringitur.

XIV. Multitudo legum perdit ciuitatem, et vanae sine moribus le- ges sunt. Hinc ciuium educationem ad latas assueuisse leges, quam illas in chartis inscripsisse praestat.

XV. Torturam natura humana atque ius naturae auersantur; in- de ciuilem aliam esse ac humanam, patet.

XVI. Definitio legis: voluntas superioris obligans inferiorem, ipsa iam lex est; sin hoc, callidum est commentum, non definitio.

XVII. Essentia Dei, pro nostro concipiendi modulo vnice in mente infinita poni debet. *Hanov. Phil. controu. p. 97.*




56 3703

ULB Halle 3
001 552 562




WIP
m.c.





6



B.I.G.

Farbkarte #13

H E S E S
 RENDI EXERCITAMENTIS
 NNI 1767 TRIMESTRI
 DERATORE
 ANIELE TITIO
 PHYS. P. O.
 LITERARVM WITTEBERGENSI
 TINATAE.

I.

Et tum quidem, quanquam moueretur his
 abnuir, quidnam opis in se esset? — Kol-
 ipse autem Kolkauius retinere vult abnuir,
 idnam ponit *quidquam*, sublata interroga-
 te. Ingeniose, vt arbitror, omnia! Idem
 os singuli vniuersos concionantes timent —
 venientes. Sic nundinari est frequenter
 dinis. *Cic. de diuin. II. 31.*

are, vetus est, et sine villo idoneo argumen-
 riorum est naturae, non autem iuris natura-
 p. 240.

, qui a pecunia ditibus sibi periculum, ab
 curitatem promittunt. *Forstn. ad Tac. I.*

omena a peculiari materia electrica deriuat-
 eriae tribuere calorificae.

necessariarum, exacto nuper bello, potior
 tus, partim collusio est.

am et gloriam comparant Agricola[m] imi-
 ne famae, famam auxit. *Tac. in Agr. 19.*
C. V. I. et Liu. II. 47.

VIII.